Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in asoroth in solitudine ac me
ridie · etheus fuit et amorreus
et chananeus · et ferezeus · eueus
et iebuseus · Rex iericho · vnus
rex hay vnus · qui est ex latere be
thel · Rex ierusalem vnus · Rex heb
ron vnus · Rex ierimoth vnus
Rex lachis vnus · Rex eglon vnus
Rex gazer vnus · Rex dabir vnus
Rex gader vnus · Rex herma vnus
Rex hered vnus · Rex lombna vnus
Rex odollam vnus · Rex maceda v
nus · Rex bethel vnus · Rex thaf
fua vnus · Rex afer vnus · Rex
saron vnus · Rex madon vnus ·
Rex asor vnus · Rex someron vnus ·
Rex achsaf vnus · Rex thenach
vnus · Rex maledon vnus · Rex
cedes vnus · Rex iachane vnus
Rex carmeli vnus · Rex dor et
prouincie dor vnus · Rex gentium
galgal vnus · Rex therza vnus
Omnes reges triginta vnus ·
Iosue senex prouecteque XIIII
etatis erat et dixit dominus
ad eum · Senuisti et longeuus
es terraque latissima est derelicta
que necdum sorte est diuisa omnis
videlicet galylea philistiim · et vni
uersa gessuri a fluuio turbido qui
irrigat egyptum usque ad terminos
accaron contra aquilonem terra
chanaan que in quinque regulas
philistiim diuiditur gazeos et a
zacios · et scalonitas et getheos
et accaronitas ad meridiem vero
sunt euhei · Omnis terra chana
an amare sydoniorum usque afec
ca et terminos amorrei eiusque
confinia lybani quoque regio contra

orientem abdagal · gaath sub monte
hermon donec ingrediaris emath
omnium qui habitant in monte ly
bano usque ad aquas masephat v
niuersique sydonii · Ego sum qui dele
bo eos a facie filiorum israel · veniat
ergo in partem hereditatis filiorum
israel · sicut precepi tibi et nunc diui
de terram in possessionem ~~meam~~ no
uem tribubus et dimidie tribui ma
nasse · Cum qua ruben et gad posse
derunt terram quam tradidit eis mo
yses famulus domini transfluen
ta iordanis ad orientalem plagam
ab aroer que sita est in ripa torren
tis arnon et in uallis medio vni
uersaque campestria medaba usque
dibon et cunctas ciuitates seon re
gis amorrei qui regnauit in ese
bon usque ad terminos filiorum amon
et galaath · ac terminum gessuri et ma
chati · omnemque montem hermon et vni
uersam basan usque selecha · et reg
num og in basan · qui regnauit
in astaroth et edrai ipse fuit de
reliquiis raphaim · percussitque eos
moyses atque deleuit nolueruntque
disperdere filii israel gessuri et ma
chati et habitauit in medio israel usque
in presentem diem tribui autem leui non
dedit possessionem sed sacrificia et
uictime domini dei israel ipsa est eius
hereditas sicut locutus est illi · De
dit ergo moyses possessionem tri
bui ruben iuxta cognationes suas
fuitque terminus eorum ab aroer
que sita est in ripa torrentis arnon
et in ualle eiusdem torrentis me
dia · vniuersamque planiciem que du
cit medaba et esebon cunctasque ·